

Q. B. V.

MELETEMA HISTORICUM,
NOMENCLATURAM

PHILOSOPHI

EXCUTIENS,

Quod

Cum consensu amplis. Facult. Philosoph. Aca-
demiae ABOENSIS

Sub PRÆSIDIO
VIRI CL.

D^N. ALGOTHI A. SCARIN,

Histor. & philos. civ. profess. ordin.

PRO GRADU,

publica censura modeste submitit

JACOBUS H. ESTLANDER

Ostroboth.

ad diem XIII. Octobr. MDCCCXLIV.

H. L. Q. S.

ABOAE,

Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typogr.

J. H. Estlander

Royal. Majests
KNO-LJWANE och Regements-Quarttermästare
re wid Österbotens Infanterie Regemente
Wdel och wälbördige
Herr ABRAHAM FONTELL,
Wälgunstige Gynnare!

MARTIS wäpnade MN/ som swärd drar bundi
wid hältet/

När til Rissens wärn EN tjenst blir fordrad i fältet.
Låt ENZ namn wara det / som dessa bladerna pryder /
Ej tyck illa der om: jag tror J wänliga tyden /

Hwad jag wäl har ment / änskiönt jag icke så noga
Kunnat utföra / som gerna jag önskt och wari fulhogad.

Hwad för et namn de haft / som WISES höf-
sat och ährat:

Hur' hos desse alt SOLE och RDNBUN gadt u-
ti lära.

Summa: hwad ähra de haft kring alla jordens änder/
Allt tills Påfwen i Rom kom op med sina legender:


Det året hwad jag satt mig för här inne beröra;

Skönt jag ei är i stånd at alt til pricka utföra.

Gunstige HERRE / som har alt godt mig kärliga wissat /
Tag / ach! detta til tack af den / EDER dageli prijar /
Snskar och sinna EN städs uri en fullkommeli trefnad /
Tills uti himla begyns för EN en jällare lefnad i

Ädle och wälbördige Herr Regements
Quarttermästarens

Ödmuile tienare
JAC. ESTLANDER.



I. N. I.

§. I.

Historia philosophica, quamquam a plurimis, omnigena eruditione atque doctrina conspicuis auctoribus perscripta sit & monumentis annalium mandata, non tamen adhuc quisquam, quantum innotuit, nomenclaturam *Philosophi* excussit, & quæ in orbe literario, diversis temporibus, diversa fata fuerint notionis illius, strictim & quasi in tabella exposuit. Quamobrem, cum quæ significationem *magistri*, ejusque una cum tempore, quantitatem diversam attinent, ab antiquitate eruta & cum cura evoluta offenderem, idcirco a viris omni eruditionis laude ornatissimis (a) commodum ego quoque animum meum induxi, de vocabulo *philosophi* nonnulla commentari, & quam cum inclinatione temporum, imperii atque servitii, ut cum *Libio* loquar, inclinationem subierit, intra
A pau-

2
paucas si volet DEUS, complecti pagellas. TUUM
candide *Lector*, favorem etiam atque etiam roga-
mus, velis eorum, quæ rudis *Minerva* non pro
materiæ jucunditate & amplitudine, sed laterum meo-
rum in illa, quæ prostat arena, parum exercitatorum
modo, adferre valuerit, æquum atque mitem
temet exhibere censorem.

(*) cfr. *Bernegger: orat: de nomine Magistris; item Came-
rari Hor. S. III. pag. 219. seqq.*

§. II.

INDICATA sic quidem ratione, qua inducti curricu-
lum, quod jam ante pedes est, ingressi sumus,
operæ pretium duximus, paucis inquirere: Quis
inter antiquos *philosophos* eo nomine primum incla-
ruerit, & cur elegerit ille nomen philosophi, præ
cognomine τὸ σοφῶν? *Pythagoram* quidem omnium pri-
mo philosophi nomine insignitum fuisse, unanimi
consensu perhibent historiæ philosophicæ scriptores
(*) Non ego, neque alius quisquam tantum sibi
lumet, ut negare iustineat, ante *Pythagoram* quoque
extitisse plurimos, qui rerum contemplationi incu-
buerunt, non tamen quisquam eorum ante illum, eo
nuncupatus est nomine, verum σοφοὶ h. e. sapientes
dicti omnes illi fuere. Ast cur *Pythagoras*, leposito no-
mine τὸ σοφῶν, nomen *philosophi* adsumserit, ratio non
facile e longinquo est petenda. Existimabat quippe
vir integerrimus *sapientis* nomen esse majus homine,
idemque nemini nisi DEO, qui consummatissimæ
atque inexhaustæ sapientiæ est, competere. Studi-
um

um vero sapientiæ cum hominum nemini non in-
juactum esse sciret, quo animo, & per omnem vi-
tam, nilu, cuique progrediendum fuerit, qui assi-
milari auctori suo & cum illo conjungi discuperet,
excogitato novo, eodemque modestiore vocabulo, si-
gnificare voluit. (b)

(a) Pythagoras sexto, secundum alios septimo ante Christum
seculo floruit, atque apud Leontium Philasiorum ty-
rannum, se primus φιλόσοφος adpellavit, a quo igitur
illud quidquid sit nominis, primum exortum est. Deinceps
autem posteris in tantum adpellatio ista placere cepit, ut
quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus, doctri-
na sibi, aliis quis, aliisq; videretur antecellere, non ni-
si philosophus vocatus sit, ejusque non iners, sed efficax
& vehemens voluntatis, ad veritatem inveniendam, appli-
catio philosophia juxta quoque sit cognominata. Cfr.
Budd. philos. Theor: inie: item Stockflethii nomencl: &
elog: auct. citat: in orat: Synod:

(b) Apud Pythagoram & Platonem philosophus verus
Imitator DEI audit. Σοφός autem DELIS solus, cujus cum
sapientiâ omnibus numeris absoluta, si comparanda fue-
rit sapientia humana, absentis potius desiderium, quam
presentis possessio dici meretur.

§. III.

Quid philosophus, vocis, ejusque etymologiæ habi-
ta ratione, significet, diximus. Rem ipsam si
attendere voluerimus, indigita hominem divina-
rum humanarumque rerum scientem; in quantum
rationis ductu acquiri potest sciendi facultas ista,

eademque ad felicitatem hominis sive comparandam sive conservandam comparata videri poterit, (a) Verborum, quæ in illa definitione a capite prostant, auctor est Cicero. Ne vero quis existimet cum homine gentili, secure nimis egisse nosmet, & plus quam satis esset, philosopho tribuisse, adeoque fallacem, quod ajunt, in alienam messem, puta Theologorum misisse, vocando philosophum etiam rerum Divinarum (b) scientem; quæ in illa definitione sequuntur, non præter rem nosmet adjecimus. Quamvis enim non inviti concesserimus, philosophum, quæ talem, ignorare mysteria, non nisi revelationis ope hominibus patefacta, nullo tamen negandum modo, quin absque speciali illa numinis manifestatione, partem aliquam cognitionis DEI haurire mens humana possit, ex convenienti operum Divinorum, eademque justa & sollicita consideratione. Nam stipites sunt & fungi, qui in illo publice prostanti manuscripto, eodemque evolutis foliis exposito, ut puta Naturæ operibus, ubique præsentem DEI manum non sentiunt, (c) Quamvis sit ipsa hæc imperfecta cognitio & tantum inchoata; neque ratio sibi soli relicta, de rebus ad æternam salutem necessariis vel somnare possit; interim tamen ad $\psi\eta\lambda\alpha\Phi\alpha\sigma\tau\acute{\iota}\nu\ \theta\epsilon\acute{\omicron}\nu$ (d) vel præcipuum, conferre momentum, nemo negaverit. Duplici enim utitur lumine sana ratio, & quidem primum lumine nature, quod in ipsa natura fundatum est. Alterum vero est lumen rationis. Utriusque vero ope & adminiculo,

non modo ipsas res sibi obvias dignoscere novit homo, verum causas earundem etiam reddere potens est (e) Hincque ortum esse censendum discrimen inter *eruditum* atque *philosophum*. Dicitur eruditus, qui vel ex indicio aliorum, vel a se ipso, ut puta sensuum experientia, multarum rerum sciens est. Illa vero cognitio cum certa & evidens non sit per propriam causam, seu quod idem est, per demonstrationem adqvisita, inde fit etiam, ut si clara & certa ratione subnixa sit scientia, cur res hoc vel alio fiant modo, eadem *philosophia* nomine; & qui concatenatas quarumcunqve veritatum rationes reddere possit, vel praecipue *philosophus* appellari meruerit. (f) Pater hinc non juris prudentia naturalis, ut & doctrinae moralis notitia solum, gaudere debere philosophos, verum in censum disciplinarum, quae fori sunt humani venire etiam pietatem philosophicam, seu τὸ εὖ εὖς θεωρητικὴν Paulinum illud, quod ad salutem apprime necessarium existimamus; tanto magis, quanto sine pietate ratio, quamlibet excellens, mera stultitia fit: pariterque sine ratione pietas in stuporem & hypocrisin, opinione citius degenerare queat.

- (a) Ciceronis illa est, definitio, *Officior: Lib. II. Cap. 2.*
- (b) Hieronymus Walsii comm: in Cicer.
- (c) ΘΕΙΟΝ, hoc est: universi mensuram & contemperacionem a quam reperiri veteres existimabant. Infert philosophia, quae in contemplatione universi consistit, divini quoque non parum, quod a sensibilibus ad non corporea animum abducatur, conf. Murhof. Polyhist: pag. 116. & r. (d)

(d) *Astor: XVII. comm. 27.*

(e) *Walchii Lexicon p. 1991.*

(f) *Gundlingii histor. liter. philos: mor: pag. 873.*

§. IV.

AB ætate *Socratis* non illi solum, qui in agnitione veri proficere allaborabant, sed præsertim isti, qui ad perfectionem boni contenderunt, *philosophi* dicti fuerunt. De *Socrate* enim constat, quod ad morum formationem vitæque sanctimoniam, institutionem literariam suam omnem fere accommodaverit; cum ante illum, jejuna hujus studii in plerisque palæstris fuerit tractatio. Scilicet, qui ante illum in exponendis literarum studiis versabantur, *naturali* philosophia, ejusque tractatione omnes fere adquirecebant. Quibus non ad palatum erat illud studiorum genus, in aliis minus necessariis atque inutilibus speculationibus potius elaborarunt, quam in amorem honesti mores suos trahi, eidemque actiones suas conformari voluerunt. (a) Ante *Socratem*, nullum alium philosophiæ conceptum habuerunt de schola homines, quam quod in istis septem popularibus & pervulgatis artibus liberalibus constaret (b) Sed ab ætate illius ea curâ atque industria, morum & officiorum doctrina exulta est, ut *Socrates* instauratæ philosophiæ moralis auctor salutari meruerit. Hinc *Cicero: Primus*, inquit, *Socrates* "philosophiam moralem e cælo in terram devocavit, & in urbibus collocavit, & in domos etiam "introduxit, & coëgit de vita & moribus, rebusque bo-
nis

“nis & malis quærere (c) quapropter vir optimus & perspicacissimus, e philosophorum numero excludos omnes esse cupit, qui sive *Dialecticæ*, sive *Physicæ* sive rerum quarumcunque aliarum contemplationi operam unice daturi essent, neglecto studio, in bono proficiendi. (d) Non negamus etiam ante *Socratem* non paucos de integritate animi & morum in melius emendatione sollicitè egisse, quemadmodum ex historia philosophica illud quam maxime evidens est. Poësis *Homeri*, teste *Basilio*, est quædam virtutis laudatio: & spectabant eodem, in ceteris etiam *ῥήματα Ὁράχου ἀξιουμανοῦρα*, *Apollinis Delphici* templo inscripta & ore omnium celebrata. Sed cum non de primo conatu philosophiæ moralis, verum de uberiori & insigniore ejusdem cultu, nobis impræsentiarum sermo sit, quo discipulos sectæ suæ, in felicitatis investigatione confirmatores & prope divinos (e) effecerit hic noster philosophus, eundem principem & fontem philosophiæ ab aliis cognominari constat: abs *Galeno* verò *ethices* inventorem non injuria nuncupari dixerimus.

(a) *cf.* *dissert. de Socrate Ups. ventilata:*

(b) *dissert. de numero art. liberal. item Gundling. bist. liter.*

(c) *Dissert. cit. de Socrate.*

(d) *Cicer. Lib. I. Officior: cum comment. Wolfii pag 43.*

(e) *Philosophiam, qualem ex Cicerone eandem paullo ante delineavimus, eo cum fructu docuisse Socratem ut*

Theate.

Theætetum astrologum quendam mirifice immutavit &
 prope divinum effecerit, Diogenes Laërtius testis est.
 Scilicet, quia cum Pythagora eundem philosophiæ finem
 habuerit Socrates, DEI assimilationem: Inde non so-
 lum de mediis impendio laboravit, quibus discipuli e-
 jus ad perfectionem istam felicitatemque pervenirent,
 sed omnes eos etiam, qui semetipsos abnegarent, & ab ir-
 rationali passionum motu, semet sejungere potis essent,
 Divina natura consortes evasisse fingebat. Qui de me-
 diis philosophicis, quibus ad illam vitæ perfectionem a-
 scendere potuerint, plenius informari cupit, is J. Fr. Bud-
 dei dissertationem geminam, de xadagoni & æoniori philo-
 sophica consulat: itemque Paschii de Novantiqua, tra-
 ctatum, pag. 169. seqq. Nobis de eo saltem sollicitis, quid
 in schola Socratis nomen philosophi importaverit, diu-
 tius in illo circo versari, non permittit institutum. Id
 ex Buddeo meminisse juvat, quod licet gentiles suis ad
 perfectionem vitæ institutis, purgationibus & exercitatio-
 nibus, finem quem sibi proposuerant, penitus non attingere
 potuerint, id tamen effecerint rigore illo austeritateque vitæ
 suæ, ut plurimos Christianorum in ruborem verterint,
 qui sepositis virtutum studiis & exercitiis, in altissimum
 vitiorum pelagus, plenis sese velis tradere solent.

§. V.

AVo post Socratem, quo Plato vixit & in Græcia
 docuit, non qui de socialitate inter homines co-
 lenda solum, verum etiam, qui de Numinis sensu &
 amore præciperent, philosophi modo, modo etiam
 theologi appellati fuere. Idque ubique fere cum hac
 di-

distinctione, ut qui a sensibilibus ad intelligibilia, ipsumque adeo BONUM, quod intelligibilem *lumen* supremum esset, ascenderent, *philosophi*: qui vero in religione leviora saltem: pietatem, nempe ceremoniam sectarentur, eos etiam *theologos* sed proficientes appellarent, videlicet, qui rerum visibilium & invisibilium *causas* & quomodo effectus omnes humani, tam cognitione quam virtute iisdem perfectissime continerentur, nondum comprehendissent. Quod si vero virtutis splendore circumfusum, vulgarium animorum intuitum penitus exsuperaret quisquam, eoque, verus imitator DEI existeret, in modum *Pherecydis* & *Pythagorae* principum philosophorum, eum theologum consummatissimum & prope divinum cum suis sectatoribus vocatum fuisse constat.

sfr. Platon: Lib. XXXI.

§. VI.

A Pud Hebræos patres familias *philosophi* fuere, qui semina sapientiae narrando liberis & posteris intulerunt. Quid? quod etiam scribæ, primoresque populi ante & post tempora Servatoris, penes illos *philosophi* insigniti sunt. Certe ordinis atque loci huius *philosophus*, *Moses* erat, qui postquam omnia scientiarum fundamenta in scholis Ægyptiorum posuisset, veræ & divinæ sapientiae in suo populo restaurator demum exiit; eventu tanto magis prospero atque felici, quanto ad experientiam multiplicem, divina institutio accedebat in iis etiam, quæ ad rempublicam condendam & forman-

dos populi mores imprimis spectabant. Regis *Salamonis* sapientiam fuisse encyclopædiam quandam artium omnium philosophicarum, h. e. divinarum & humanarum rerum, non negabit quisquis attendere voluerit ipsius Sp. S de ejus sapientia prolatum judicium, quod omnis orientis & Aegypti famam obscuraverit (a). Et talis a DEO eruditus *philosophus* posteriore ævo *Daniel* quoque erat, Chaldaeos philosophos etiam in iis artibus, quæ apud illos usu venirent, multis post se parasangis relinquens. (*) De *Aristobulo* nil dico, *Ptolomæi* philometoris studiorum magistro, cui, postquam liquido monstrasset & de philosophis Græcis testatus esset, quod suam illi philosophiam a Mosaicis Judæorum sacris ejusque institutis desumpsissent, *philosophi* cognomen non facile quisquam invidet. Certe, qui ad tergemina in illa gente sectam: *Pharisæorum*, *Essæorum* & *Saduceorum* pertinebant, nomine & honore philosophi cognominabantur singuli. Apud alias gentes, præcipuè vero Græcos statim ac philosophari cœperunt doctores, in varias abiisse sectas omnibus notum est. Hebræorum philosophos in concinnandis suis philosophiæ thesauris, neque infallibilitatis privilegio gavisos fuisse aliquo, sectariorum triga modo memorata plus latis indicat. Quidquid vero sit, de institutis vitæ atque doctrinæ sectariorum horum, verbis quam re ipsa (b) magis invicem dissidentium, ex sapientissimis gentis Hebræorum *philosophi* auctorem libri *sapientia* item-

itemque Syracidem fuisse, nemo temere dubitaverit, qui quam in ecclesia laudem & æstimationem invenerint, & propter argumenta plane theologica, eademque Mosaicis & Salomoneis proxime convenientia, libris S. scripturæ, quamvis apocryphis, jungi meruerint, non plane dememinerit,

(a) I. Reg. IV. commate: 30. (*) Dan. I. 17, 20.

(b) De vite genere prepostero horum hominum, eorum vite corruptione & cum ethnicis mira consensione doctrinae plura dicere non vacat. Qui parallelismum inter auctivum Phariseorum & Christianorum practicam instituit Christophorus Vollius, quo modo difficiliora legis precepta parum, faciliora vero severe coluerint priores illi, neque nisi atrociora vitia, quæ palam oculos incesarent, fugerint, accurate demonstrat.

§ VII.

Qui jura Divina & humana apud veteres Gothos docuerunt, olim quoque philosophi; hodie Strifeldrde: apud Uphilam Bookarge/ alias Midistiaxi i Bokalist dicti suere. Zamalxin, Anacharsida, Abarion, ut ceteros Gothicæ stirpis claros viros taceam, isto sub nomine inclaruisse, qui historiam philosophiæ barbaricæ consignarunt, consentiunt universi. Ab arcto certe, & ex nostra gente ortum suum traxisse hodie nemo dubitat. Dio Cassius in Græciam ex septentrione venisse & gentis illius philosophos sapientiæ studio adæquasse non dubitat. Et certe qui de bellis primorum temporum noverrit, antequam in melius effingi inciperent mores

hominum, non mirabitur, quemadmodum in Britannia angustias pridem Rom. orbis diuturna bella compulere *litteras*: Ita in hunc orbis angulum jam olim migrasse homines, quietis amantes, & in illo ocio pacis artibus cum cura incubuisse. Erat *Zamolxes Getarum* ad Istrum & Pontum habitantium legislator, *Pythagora* sive discipulus sive præceptor, qui suo promovendæ & exercendæ justitiæ studio (id quod philosophiæ pulcherrimam partem absolvere, in epistolis *Plinius* urget) in numerum Deorum referri meruit. *Anacharsidem* iisdem majoribus ortum, sunt qui referri velint in numerum septem sapientum, qui hoc eodem tempore in Græcia floruerunt. Nempe vixit idem sub *Periandro* Corinthiorum rege, convivioque *philosophico* ab eodem instituto, non interfuit solum, sed & suam de variis rebus sententiam, quarto inter ceteros loco pronuntiavit, teste *Plutarcho*. Quo tempore vero in Græcia primum inclarescere cœperint hyperboreorum nomina horum philosophorum, non perinde evidens est. Sufficit dixisse ævum, quo florere, non procul remotum fuisse ab illa ætate, qua colonias suas in Græciam & ceteras orientales terras primum emisere veteres Scandiæ populi. dum factum fuit, ut sicut ad belligerandum alii, ita discendi & cum exteris pie conversandi studio hi larem patriæ reliquerint: id quod conjectura ad veritatem tanto magis accedente, adstrui posse videtur, quanto non de his solum, sed ple-

risque omnibus antiquis philosophis constat, quod peregrinando reconditas literas (a.) & scientiæ thesauros suos omnes sibi adquisiverint. Cum Pythagora vero μετεμψύχωσιν statuisse nostros, eandemque cum ceteris septentrionalibus gentibus, a quibus profecti Getæ, ceu domesticam philosophiam agnovisse, Job. Fr. Buddens auctor est. De Abaris Scythæ, borealis nostri Habaris atque Zamolxis reditu in patriam, post confectam peregre expeditionem, hæcce notatu digna tradit historia Hialmari, runis Sveo Gothorum, in pergameno, vigente adhuc gentilismo, exarata: *Ex Græciâ advenerunt*, inquit auctor anonymus, *ABARIS & SAMOLIS*, cum pluribus eximiiis viris, qui grati mox hospites advenere, & cum congratulatione accepti fuere. ac horum quidem assiduus famulus factus est, Herlerus, seu comes Glyfisvallis. (b) Esse indigenarum non paucos, imo exterorum nonnullos, qui omni studio contendunt, antiquissimis hyperboreis deberi inventionem literarum *Celto Geticarum*; ab iis quoque deorum & deorumque nomina ad Græcos, inde ad Romanos fluxisse, nostrum nemo ignorare potest; imo contendunt illi, statui posse pro vero, homines primos, qui populis replevere Græciam, & Græcæ lingvæ auctores fuere, e septentrionali plaga & Scythia advenisse (c) Fulse satis atque nervose demonstravit Cel. Rudbeckius pater ex numeris in scipionibus Runicis inscriptis, incunabula literarum antiqua e septentrione esse repetenda. Imo audet asserere, quicquid phi-

lofophiæ unquam fuit apud Europæos, Afaticos & Ægyptios, id a veteribus hyperboreis manasse (a) Neque id omni fine verifimilitudine, fi quæ de bellis primorum temporum modo diximus, attenderimus: pariterque cum orientalibus populis mirum philofophiæ concentum majorum noſtrorum attenderimus. Saltem cum Perſis, religionis cerimonias multas: luſtrationes, *αρχαῖς* & *ἀνοίξις*, nec non regis eligendi reſpectum eundem, ipſos ante oculos habuiſſe conſtat. Ne quid de lingua *Perſica* dicam, cum *Gotbica* veteri exacte adeo convenienti, ut quamvis terræ ſpatio ab invicem longiſſimo diſſideat uterque populus, lingvæ tamen utriusque cognatio non difficulter intelligi queat. Religionem verò, mores atque nomina, quæ nonniſi entium intelligentium inventa eſſe poſſunt, harmonice adeo conſpirare, non alio caſu, quam quo ex atomis Epicuri mundus coaluit, idem eſſet dicere, atque cum ratione inſanire. Sed controverſiæ iſti altius nos immittere hac vice non vacat. Etenim cum ſit mare illud plus ſatis vaſtum, ſcopulis undique infeſtum, dum tempus eſt, iſti alto ſubduco cymbam, & ad inqvirendum quanti apud gentes orientali orbis plagâ locatas, æſtimata fuerit nomenclatura *philofophi*, gradum accelero.

(a) Septentrionalibus populis iſtam gloriam ſapientia ſubtiliter occultate, ænigmatumque ſolertiam mire adamarant fuiſſe, non Olauſ Magnus ſuo evo modo, ſed & ante eum Diodorus Siculus, prolatis in medium

exemplis plurimis, apertum dedit. Et qui solam Her-
voræ historiam fugitivo oculo inspexerit, involucris sym-
bolorum & anigmatum, eorum perinde atque Græcorum,
Ægyptiorum atque Hebræorum philosophiam occultatam
fuisse, primo intuitu videbit.

(b) cfr. dissertat. de Anacharside Ups. ventil: itemque
annos. Perringsbjöldii in vit: Theod. Reg: O. G. & I-
talia.

(c) Jac. Severi orat. panegyrica de hyperbor. eminentia.

(d) Rudbeckii Atlantic. Tom. II. pag. 186. item. p. 506.
& 33.

§. VIII.

Philosophorum, qui in oriente floruerunt, nu-
merum inire, sectarumque quæ in illis existere
centum agere, idem esset atque historiam philoso-
phicam scribere velle. De gymnosophistis, in India
claro olim nomine, dicere nostrum in præsentia
non fert institutum. De Persis & Chaldæis saltem
notandum, quod licet septem Græciæ sapientibus
antiqviior habeatur eorum philosophia, sapientibus
Græciæ tamen magnum penes se pretium constitue-
rint: ideo maxime, quod superstitioni, latius quam
par erat gliscenti, remedio non contemnendo ob-
viam ire illi visum sint quam maxime. Philosophi
vero nomen, quantæ olim existimationis apud il-
los fuerit, non aliunde magis elucescit, quam
quod olim reges Persarum, idque more ad nostram
usque memoriam continuato, *SOPHI* i. e. sapientes
appellentur. Illa quæ cognominatio non potest
non

non ex illa, livoris omnis experte, Græcorum philosophia vetustissima dimanasse, & quidem præcipue *Platonis* sapientia, dicentis: nullam consistere posse rempublicam, nisi ii, qui imperitent studiis sapientiæ sint ornati, aut ii ad imperandum deligantur, quos constet inter omnes sapientissimos esse. Inde illud apud Persas esse existimandum, quod præcipuo honore digni olim & hodie habeantur, qui religioni & regioni vel studiosissime intersint. Nempe erat *philosophia* olim ad actiones accommodata; erat *prudentia* h. e. peritia cum dexteritate versandi in republica; cui proinde non adhibebantur alii, quam qui principes viri essent, iidemque intelligentia & virtute, præ aliis insigniter ornati. At postquam reges philosophari desinerent, & aliena magis quam sua virtute negotia publica curare inciperent, non mirum decoris sui monimentum ipsos amisisse, & qui altioribus studiis sese darent, sapientiæ professores in ludibrium orbis recidisse. Quam ne quis sibi persuadeat terris (de quibus loquimur) *EÖÖ* subjectis cælo, usu venisse morum proterviam, quanta in celebritate hodie dum versetur existimatio *philosophi* in illa gente, ex *Adamo Eberto* rerum in Perside gestarum nuperri- mo scriptore attendere juvabit. Tantum apud illos *philosopho* honoris tribui ait, ut *Hanbale*, (illud philosophi nomen erat) defuncto, DCCCLXXX milia virorum confluerint ad exsequias, & LX milia feminarum. (a) Apud sectarios *Mubamedis*, licet ipse

ple proseripserit scientiarum studium, tantum adversus vanitatem potuit naturalis justique explorata virtus. Nostri orbis viciniâ, cur se iisdem sedibus penitus non retinere potuerint *philosophi*, in fine dispiciendum. De *Arabibus*, sibi, in omni historia divinâ & humanâ celebratissimi *philosophi* popularibus, quomodo Græcas & Latinas literas, in modum *thesauri*, per oscitantiam amissi atque *deperditâ*, ad se traduxerint, & demum excusso Europæis *loma*, quod eorum olim fuerat, postliminio restituerint, eoque nomine dignos se præstiterint, qui per omnem rempublicam literariam, cognomine eruditionis cum ipsis insigniantur eodem plane, nunc neque attinet dicere quidquam.

(a) *Act. eruditor. Lips. supplement. VII. pag. 413.*

§ IX.

Non ante Christum solum, sed & post inventam Christianam religionem, *philosophi* dicti fuere, qui de *Divinis*, sive naturâ sive gratia manifestatis operibus egerunt. qualia sunt vel productio hujus universi, omniumque creaturarum & rerum in eo existentium, quæ *philosophi* sunt propria & per naturam rationemque nota & manifestata: vel *mysteria fidei*, quæ quamvis in *philosophum* qua talem, haudquaquam cadere possint, verum ex gratia, beneficio revelationis manifestentur unice, adeoque ad facultatem, quæ hodie est *theologicam*, omnino pertineant: Interim tamen non illi minus, qui *mysteria*, quam qui, de multis *mysteriis*, *theologiam* natura-

lem docuerunt, *philosophi* sunt celebrati. quem-
 admodum id in illud in sequentibus fusius demon-
 straturi erimus. Dignissima sunt, quæ de veræ &
 prisicæ sapientiæ restauratore CHRISTO servatore
 nostro *Buddeus* refert, quod postquam duodecennis,
 super quæstiones difficillimas in templo Hierosoly-
 mitano disceptasset cum sapientibus & philosophis
 Judæorum, & inde aliquanto saluberrima bene &
 feliciter agendi præcepta, non vivus ipse solum
 hominibus propinasset, sed ut per Apostolos propa-
 garentur, insuper etiam effecisset, *σφίς αἰνεῖ & ἑ-
 ρεῖται ὁ φιλόσοφος*, a *Josepho* fuerit appellatus. Erat e-
 nim mirabilium operum patrator & *διδάσκαλος*
ἀνδρώπων τῶν Ἰδαυῶν τὰ ῥηθὶ δεχουέωνη, doctor eorum
 "qui vera libenter susciperent (•) Sollicitari a non-
 nullis, qui quidquid alienæ adjectum, suæ dem-
 tum gloriæ putant, locum istum non ^{ego}: sed cum
 peculiari dissertatione *ἡνωσιότητα* testimonii hujus vir
 gravissimus J. A. *Bosius* vindicaverit, quin dubiis,
 quæcunque moveri poterint, ex asse satisfactum
 sit, penitus non despero. Huc refer, quod neque
 sine causa hæsitent multi, utrum, qui Christianæ
 fidei dogmata tractarunt in ipso Christianæ reli-
 gionis, ut ita dicam, diluculo, alio quam recepto
 passim & ubique nomine *philosophi* salutati fuerint,
 præsertim ab iis, qui extra ecclesiam professores
 sapientiæ dici & haberi voluerunt. *Χριστιανοῦντι*
 elogio, discipulos CHRISTI non statim, sed annis
 prope decem exactis, post resurrectionem domi-
 ni

ni & magistri sui, censitos fuisse, constat. Theologi nomen quo tempore in ecclesiam transferit, & a quo primum discipulis & doctoribus Christianæ religionis, sit impositum, non perinde liquet. Ab apocalyptici libri rubro, ubi *Johannes* apostolus & evangelista, *theologus* appellatur, pro se præsidii parum habent, qui pro genuinæ antiquitatis vocabulo haberi volunt. *Emysæ* enim illam non a *Johanne*, sed recentioris *aræ* calamo irrepsisse, qui in historiis veterum, cum ratione veritari amant, dudum demonstrarunt. (b) Et cur *philosophi* nomen illo tempore magis, quam qui olim theologica tractarunt, refugerent, non video: inprimis si distinctionem attenderimus, theologis, qui hodie sunt, usitatam, qua ab invicem differre volunt quam maxime, philosophum ethnicum, Christianum, & spiritualem. Philosophus *ethnicus* is vocatur, qui nihil de sacra novit scriptura, cujus proinde principia & dogmata, tantum non omnia, nituntur ratione sola sibi relicta. *Christianus* iterum philosophus ille est qui suffultus est non modo viribus rationis, præceptis ut puta primæ relationis, sed etiam veritatibus, per secundam revelationem traditis, est cõmunitus. Ejus ordinis philosophus, in non paucis capitibus, præsertim quæ civis Christiani vitam moresque respiciunt, *magistrum* ipsum in scripturis loquentem, pie imitatur. (c) Philosophus denique *spiritualis* ille audit, qui viribus superne datis, veritatum divinitus pa-

tectarum nexus investigat, earum scheses ordinem & analogiam prodit, qualis philosophia Christianis solis, & quidem præcipue theologis est relinquenda (d).

(a) *Confr. Budd. introd ad hist. phil. Ebr. p. 63. 90.*

(b) *Buddei Theol. dogmat. pag 66. 67.*

(c) *Cantz. dissert: de immort: anim. pars II. §. 2.*

(d) *Philosophia Christiana existentiam & essentiam pluribus impugnavit C. Thomafius adversus Valentinum Alberti theologum Lipsiensem, qui exemplis ex logica, metaphysica & denique ethica Christiana petitis, eandem defendere aggressus erat. Quæ jam ante super nupera disciplina eadem, Upsalia mota fuerit controversia, nostrum neminem latere potest. Verum cum theologorum Svedhiæ nempe & Germaniæ, consilium utrinque fuerit negare omnem a ratione ductam virtutem, transmutare naturalem juris prudentiam ad philosophiam Christianam & ex illa hypothesis demum declarare philosophiam Christianam nobiliorem ethicâ & rationali illa; quid inter illam, & quam in præsentia nos commendamus, philosophiam Christianam, discriminis intercedat, quovis facile vides.*

§. X.

INter sectatores doctrinæ christianæ Paulus dici meruit philosophus vere divinus, si non alio nomine, minimum quod ingenii vires suas ad rerum naturalium & civilium causas indagandas contulerit, & denique virtutis pariter atque dicendi exercitationem, sobrie & scienter conjunxerit. Erat namque in eo non solum divina facundia, sed summa quoque ingenii præstantia & iudicii excellentia, a deo

deo ut de interitu mundi differens ille, de vita & morte, rebus civilibus & œconomicis præcipiens, in sui admirationem omnes rapuerit. Sed adsunt cur philosophus insigniatur, alia multo graviora argumenta. Nostrum autem jam non est multis disputare, ubi locorum & a quibus philosophis noster, præceptis sapientiæ imbutus fuerit. Nobis sufficiat scripta illa saltem allegare, quæ satis comprobant, eum philosophum fuisse optimum & plane divinum. In his namque omnes tere argumentandi ratiocinandique modi passim reperiuntur sparsi. Meretur in ceteris attentionem oratio illius *arcopagtica*, quam Athenis habuit, in frequenti cum Græcorum philosophis confessu. Habetur illa concio Actor, capite XVII, commate 22 23. seqq. In illa oratione *Pau'us* seu philosophus, non statim negotium suum esse voluit, incarnationis mysterium inculcare auditoribus suis, quibus omnem de cruce Christi sermonem, meram stultitiam esse novit: idcirco argumenta, quæ rationi magis obvia essent, & quæ eorum nemo in dubium vocaret, præmittit & quasi primo agmine disponit. Facundia vim, quam ab initio vir sanctus adhibuit, quis pro merito laudare potest, qua eosdem, pro copia cognitionis suæ, religiosos salutavit, ut ea insinuatione aditum sibi ad eosdem rectiora docendum, præpararet? Hinc de cœli & terræ creatore, quem sub imagine *ignoti DEI* coluissent hæctenus, ejusque immensitate, sufficientia & providentia

tia eosdem instruit, suamq; ex scriptis eorum, puta gentilium, philosophiam comprobat, & demum de pœnitentia veraqve sui ipsius agnitione illos admonet, si DEUM recte colere, & condemnationis iudicium in tempore effugere vellent. Constat vel ex unico exemplo hoc ipso, quantum in *philosophia* potuerit, noster ille *gentium doctor*. (a) quantum etiam rationis usus in theologia sit; quàm cum theologia non modo non pugnet, sed & explicando accuratius ea ipsa, quæ sanctior disciplina supponit, eidem & usui & ornamento esse queat. (b) Illos qui blando & honesto philosophiæ nomine, & secundum elementa mundi tantum errores suos colorarent, quam apte & apposite redarguerit, nunc non moveo.

(a) *Confr dissert. Witeberg. qua inscribitur Paulus philosophus plane divinus.*

(b) *Joeckeri diss. de philosophiâ heresum obice.*

§. XI.

Qui posteris temporibus superstitioni in ecclesia gliscenti masculæ sese opposuerunt, non aliam quam ratione & revelatione fundatam religionem agnoscentes, *philosophi* erant & sub illo nomine quoque inclaruerunt. Hinc apud Patres primitivæ ecclesiæ Christiana religio subinde etiam appellatione philosophiæ inclaruit. Neque solum *Eusebius* Ægyptiis primorum temporum Monachis ἀσκησαν φιλοσοφίας tribuit, sed & *Salviano* itemque *Gregorio Nysseno* Christianismus *philosophia religionis* audit, & qui revera Chri.

Christiani essent *οἱ διὰ τῆς φιλοσοφίας* salutantur. Causam si scire vis, cur philotophiæ nomine religionem Christianam insigniri voluerint, hanc habes; factumq; puta non magis recepto a majoribus more, quam utilitatis mirificæ illius intuitu, quam ad recidendū & expurgandū hæreses in præsentia conferret. Opponit philotophia obicem hæresibus firmum atq; validum, cum eas rite, juxta normam rectæ rationis examinat & dydicat, agnoscens nulla alia dogmata ut vera, quam quæ rationis fideiq; scitis optime & ex omni conveniunt parte. *Philosophi* sua arte superstitionum semina indagarunt, inqvirendo in causas atq; origines earundem, quæ cum sub veritatis sacrarumq; litterarum umbra plerumq; latere soleant, hi suis argumentis, eas sacro pallio indutas, denundarunt, exigendo facta quævis ad lancem rationis & fidei, simulq; demonstrando fictum tantummodo esse patrocinium, quod in sacris pandectis quæritur superstitionibus. Sæpissimè namq; *philosophorum* armis hæretici atq; supersticiosi, suis præsidus sunt exuti, nec non ad silentium redacti, quamvis non conversi. Hinc cum semper felici successu sese iisdem opposuerunt, magnam exinde quoq; gloriam reportarunt. Qui itaq; in eorum castris impigre sudant, qui eorundem præceptis sanctiora studia conjungunt, illis hostes nunquam sunt formidolosi, verum cuncta certamina, cum illis impavide lubeant, insultusq; eorum,

si

si cetera recte sese habent, masculine sustinent.
sfr. Joekeri dissert. citat. p. 118. & p. 126.

§. XII.

Postquam auspicia rei literariæ ad se traxissent Clerici, & nisi quæ superstitioni & ambitioni eorum velificarent, literis non aliis personarent scholæ eorum, nomenclatio *philosophi*, quæ ad illam, quam magno opere commendat gentium doctor, *λογικήν λατρίαν* non parum confert, pontificio nefcio quo jure, aut certe injuria, de rasis vertice fratribus, eorumque primiceriis cessit. Qui ante inventum in orbem papismum, altiore cum Musis commercio digni censei voluerunt, quicquid laboris impendi potuit, ad inquirendæ veritatis studium, strenue contulerunt, erroribus simpliciorum subvenerunt, ne pabulo & prædæ hominibus astutis cederent. Inprimis vero NUMINIS sensum & verum cultum, cujus majestate regerentur omnia, iisdem impertivere. Profecto opibus struendis ac cumulandis honoribus inhærere, præclarum minus atque gloriosum existimarunt, quam humanarum divinarumque rerum scire atque investigare rationes. At postquam Romæ *ποικίλης λατῶν* exsurgere ad *Homeri* magis (*) quam CHRISTI disciplinam; homines inepto distenti judicio fastuque ecclesiæ & reipublicæ summo loco eminere inciperent, consenuit magis magisque vetus idemque sincerus sciendi & studendi ardor; factumque ut, qui vix nisi inanis superstitionis persvatores essent atque do-

Stores, illi quoque *philosophi* dicti fuerint, Ad hu-
 jus generis philosophos utrum *Anscharium* referam,
 dubito. Floruit ævo illo, quo ad lucrum omnia
 spectare cœperunt in ecclesia. Fuisse viri illius in
 gentes septentrionis, præcipue vero Sveones, in-
 signia merita, non negamus. Regiis educationibus
 præfuisse; (b) scholas canonicas instituisse, imo
 Corbejenfis scholæ alutanum, mox præfectum e-
 gisse constat. Verum qui conditionem rei litera-
 riæ temporum illorum penitus introspexerit, non mi-
 nus ille dubitandi ansam inveniet: an salva fron-
 te scholarchæ ævi illius, *philosophi* insigniri merue-
 rint, quam suspicantur alii, *martyres* dici non pos-
 se illos, qui amplexi fidem christianam, extra caus-
 sam Christi, dolores & afflictiones, verbo: incru-
 entas passiones, sponte sustinuerunt? (c) Quidquid
 sit, de *Anschario* religionis Christianæ in Svethia pro-
 tomysta notum est, quod *pater & philosophus CHRISTI*,
 ab *Adamo Bremensi* dicatur. (d) & nova religio,
 quam Scandiæ populis prædicavit doctor & martyr
 idem—(e) apud *Rimbertum* biographum ejus, *philoso-*
phia nomine veniat. Qui seqviore ævo archi epi-
 scopus Cantuariensis erat, & adversus *Berengarium*
 bella domini strenue gessit *Lafrancus*, vir *philosophus*
 & perspicuus audit; neque claruit alio sub nomine
 successor ejus *Anselmus*, sanctissimus *philosophus* ap-
 pellatus: ne quid de *Gilberto* dicam Londinensis ec-
 clesiæ episcopo, quem *magnam philosophum* sui ævi
 homines salutarunt (f) In summa: apud scriptores

mediæ sicut & infimæ latinitatis, *philosophari* perinde erat, atque monachum & monasterii curatorem agere (g) & dignitas *philosophorum* in ecclesiis canonicis eadem erat, quæ hodie ludi magistrorum. Et quia *philosophorum* est magistrum fingere, inde posteris temporibus, quicumque ad *Heliconis* fastigium eniti potuere, sive sacrum sive profanum, *doctores* promiscue atque magistri dicebantur, illæque notiones titulo *philosophi* æquipollebant. Idem quod ecclesiæ orientalis, puta Ruthenicæ chronica vetera insuper etiam testantur. in quibus de Svethiæ Rege *Magno nigro* (nostratibus *Smel* dicto) scriptum invenimus, quod ablegaverit ad *Basilium* *Novogardiæ* archiepiscopum suæ gentis *philosophos*, qui cum ipso super religionis negotio verbis confligerent (b). Utrum de fidei capitibus egerint, an vero de privilegiorum utrinque conditione, eorum adquisitione & conservatione, quæ isto tempore, religionis prora & puppis erant, disceptaverint regnantes in artibus, prophetarum filii hi ipsi, supra psallendi peritiam majorem in modum sapere sibi visi, in citatis modo chronicis nil scriptum invenimus.

(a) *Homer: H. a.*

(b) *Haraldo Klag. Danicæ regi a studiis erat. Arnkiels Cimbrische heidenthum IV. p. 125.*

(c) *Oernbielms histor. eccles. S. Gotb. I. 21. 22. seqq.*

(d) *hist. eccles. Cap. 14.*

(e) *Rimberti vita Ansharii p. 6 Cap. ult. item Cap. 30. init.*

(f) *Vide not. sequentem.*

(g)

(g) *Du Fresne glossar. sub nom. Philosophi.*

(b) *Dissert. de originibus Waregorum: pag. 77. not.*

§. XIII.

Non nisi abusive illi *philosophi Christiani* appellantur, qui fidei & rationis scita inter se invicem miscent, quales *Scholastici*, qui ex temeraria utrorumque principiorum, *rationis* puta atque *fidei* permissione, corpus aliquod monstruosum fabricaverunt. Quam vero noxia sit illa turbatio præposterata principiorum, quum ea naturæ assignantur, quæ non nisi ex gratia proficiuntur, in acroamaticis, quæ hodie sunt, scholis ignorare nemo potest. De *philosophis Christianis* jam ante nonnulla monuimus. Nomen ergo philosophi Christiani haud mereatur, qui ex duobus principiis bonis per se, conficiunt unum mixtum pessimum, & ex duobus integris, unum corruptum, cogendo diversa placita in unum systema. Quot & quam luctuosa ex ejusmodi incauta permixtione, litigia & bella in ecclesia, *Domini bella* perperam nuncupata, sint orta, eademque impie plerumque gesta, annales ecclesiastici passim & ubique loquuntur. Nos cum factiones philosophicas nullas veterum *Christianorum* titulis celebratas, noverimus, eos, qui non confundenda confundunt, licet sanctissimi nominis zelo veloque obvoluti incedant, tamen ubi extra cancellos divagantur, atque in ipsius *philosophias* canones manifesto impingunt, in censum nullo modo venire debere, neque unam magis quam alte-

ram in republica personam tueri posse existimamus, verum e diverticulo iterum in viam.

§. XIV.

Lombardi ætate, qui sectæ Scholasticorum *coryphæus* audit, *philosophi* a theologis non genere sed gradu differebant. Fuerunt scholastici doctores primi *philosophi*, neque disciplinæ & religionis nova species ordinari rite potuit, anteqvã ejus principia a philosophis rite descripta & determinata essent. Igitur leges fundamentales *philosophi* docuere; secundum quas sacram scripturam ad institutiones Aristotelico scholasticas explicare *alii*; qui vero polemica tractarent, bella cruenta (a) sæpe sua gerere deberent. Igitur qui mysteria religionis, ab initio scholæ investæ illius, primi explicuerunt, *philosophi* etiamdum dicti fuere, idque non præter meritum; cum sint ejus semper potiores partes, qui agenda præscribit, quam qui regulam sequitur. In quam sententiam non obscure consentit *Antonii Sadeol.* (de Chandieu) theologi reformati judicium, cum scholasticos illos, qui theologiam cum philosophia primi commiscuerunt, *philosophos* potius quam theologos dici meruisse contendit (b)

(a) *Morhufii polyhist. philosoph. I. 13.*

(b) *in præfat. libri de verbo DEI scripto.*

§. XV.

Anteqvam facultatum Academicarum distinctio usu veniret, *philosophus* & *magister*, quæcumque vellet, profiteri quisque potuit; more vris ecclesiasticis hodie quoque usitato, postquam æmula

secularis & civilis potestatis esse cœpit disciplina ecclesiastica. Inde magistri *theologiae* & *philosophiæ* perinde dicebantur, atque infimæ munere & veniâ alios docendi, idque nemine invidente, gaudebant. Quemadmodum, quæ vetus erat ecclesia, antequam hierarchia eandem corrumpere, in *tribus* nullas descripta, neque suis, cum jure cogendi & prohibendi, *curiis* destinata fuit: ita neque ante tempora modo dicta scientiarum classes certas atque distinctas, nedum de finibus regundis contestata fore litigia aliqua novit respublica literaria. Erant cives reipublicæ illius jam ante dispersi per totum orbem, neque alio, quam quod status naturalis esse solet, æqualitatis vinculo, invicem connexi, & quamdiu ratio illa valuit atque relatio, quam democratiâ literariâ alii appellari malunt, caractere *philosophi* censei salutarique, sapientiæ studiosis, quacunqve demum orbis parte degerent, perquam amabile fuit. Sed postquam cum *Jove* divinum imperium ambire cœpit & habere pontifex Romanus, ipseque ad modum ordinum cœlestium digerere inciperet rei literariæ partes, & quæ cum illis cohæret, ipsorum quoque docentium existimationem, factum illico tum quoque fuit, ut qui distinctas scientias profiterentur, illi diversas quoque societates constituere inciperent. Id *PHILIPPO AUGUSTO*, Galliæ rege, accidisse, nempe, ut ordo theologorum legitimæ societatis formam tum primum habere cœperit, *Filofacius* doctor Sorboni-

cus ipse auctor est (a) Fuerunt ab initio duæ tan-
 tum facultates scholasticæ: theologica & philoso-
 phica; neq; mirandum pontificem ad illum, puta pri-
 orem ordinẽ pertinere voluisse primariæ sedis hone-
 rem, in quo ipse honorabatur quam maxime. Quæ su-
 perfunt intermediæ facultates, seculo nondum adulto
 tertio decimo, circa annum tricesimum, peculiare
 sodalitiũ demum ingressæ perhibentur. Ad papis-
 mum vero, ceu causam remotam, referre origines
 tuas regni literarii ordines hocce in promptu est vi-
 dere. Certarunt de jure *πρωτοδικίας* cum ordine
 theologorum novo, *philosophi*, Marte & auspicio ad
 votum prospero, quamdiu sub eodem cum ipsis
 signo militarunt *medici* & *juris consulti*, neque sibi
 tantum adhuc sumisset primaria facultas, ut ma-
 nipulos suos, nisi post principia ista, laxare sustine-
 ret (b) Postea vero quam super mundana omnia *pa-
 pismus*, signum abominationis suum (c) in contu-
 meliam omnis institutionis divinæ & humanæ extol-
 lere cœpit, & ad controversias cujuscunqve ordinis
 & loci decidendas, non *rationale theologicum*, neq; *philo-
 sophiæ* operam aliquam subsidiariam in aciem venire
 voluerunt, sed *papæ infallibilitatem*, divinæ & hu-
 manæ moralitatis, quorum intererat, principium & a-
 mussim venditare cœperunt, quid accidit? quæ inopi-
 nata omnium in re literaria conversio insequuta est?
Philosophiæ nomen & omen in fata, quæ ceterorum
 signorum notionalium & aliarum rerum esse solent,
 pertinax fortuna vocavit. Qui rei literariæ sple-
 do.

dorem ab ultima hominum memoriâ, hætenus surinuisissent *philosophi*, postquam baculos suos lituosque cum episcopis bona fide communicassent (d) nisi non alio magis quam illorum, dignationem, & locum & æstimum, quo claruissent olim, amiserunt. Illis inquam, qui curandis rebus divinis, legibus condendis, in summa: ingeniis ad quamcunque humanitatem efformandis jam ante præpositi fuerant, præterquam in civitate literaria Parisiensi (e) parum in ceteris civitatibus Europæis, loci momentique, post illa tempora, fuisse relictum plurimi consentiunt. (f).

(a) *De origine statutorum facult. theol. Parisiens.*

(b) *Loco jurisprudentiæ Civilis, quam doceri papæ non intererat, cum jurâ pontificum publicè prælegi inciperent, minime mirum, quod proximum a theologis locum eorum doctores invaserint.*

(c) *Vid. Matth. XXI. 15. & commentationem Gezelianam.*

(d) *Buddei. analec'ta philosoph. p. m. 430.*

(e) *Quam hoc nostro tempore, libertatem & jura pristina sua, primogenita Regum filia, Parisiensis Academia aegre vindicare possit: qua inter Rohanæum ducem eundemque regis elemosynarium, & academiæ ejusdem socios nonnullos, nuperrime controversa mota fuit, super Rectore constituendo novo, qui sub nomine Europæische Stats Secretarius nonnullo tempore prodeunt politici commentarii, recentes ad manum testes sunt. Acclamatio, quam Abbati nupero Rectori facit auctor. Sume super.*

perbiam quæsitam meritis, quid de elegantiorum literarum in illa gente dubiâ fortuna, sit habendum, non obscure prodit.

(f) Huberus de civit. pag. m. 419.

§. XVI.

ERat nominis philosophi tanta olim dignitas & reverentia, ut non privatim modo addiscere nationes, sed & principum amicitias tueri & amplecti potuerint. Tanta aulae gratia eosdem subnixos esse legimus, ut in iudicio, in senatu (a) & denique omni gerenda republicâ, non majore favore alii auctoritateque valuerint. Cujusce rei non aliud magis luculentum esse potest indicium, quam quod principum multi, non cognomine philosophi modo insigniri voluerint, sed & titulis, qui reipublicæ literariæ sunt & philosophicæ collationis, celebrari, triumphalibus ornamentis quibuscunque, magis gloriosum putaverint. *Marcum Antonium imperatorem, philosophum Chalcedone natum Apollonium, tanta discendi aviditate audivisse, Capitolinus refert, ut imperator factus etiam ædes ejus frequenter salutaverit: non cognomen solum adsumserit, & in lararium, aureum simulacrum ejus inferri curaverit, sed & rempublicam, ubi philosophi regnarent optimam & florentissimam judicaverit (b) Philosophos veteris & recentioris ævi, eodem fine, educationibus principum prætulisse constat. Et nisi obstarent angustiae rerum mearum, numerum, quamvis non omnium, celebriorum saltem inire vellem; quem*

quemadmodum *augustorum* nominum, quæ intulas & dignitates literarias cum fastigio principis conunxerunt, recensum agere, neque intermitterem. Sed texuit, quamvis non perrexuit telam hanc eandem Kircknerus superioris seculi *philosophus*, adeoque otium in præsentia mihi laboris illius fieri voluit (c). Illud elogium, quo REX GALLIÆ, qui hodie est, ob virtutes principe dignas, inque literas politiores favorem mirificum, un prince philosophe dici meruit (d) tanto majorem meretur attentionem, quanto rariores gemmæ, ut nunc sunt tempora, principes illi sunt, quos afficit titulus insignis & pulcher ille; & qui palatinis ædibus præfident *ministri regum*, illa de studiis literarum hæresi infecti sint plurimi, quod ad verum rectumque in consiliis publicis, in dictis & factis constantiam inveniendam, adeo non multum illa conferant atque proficiant.

(a) Tacit. *annal* XIV. 53. cap. *itemque sequentia.*

(b) *Capitolin. vita ejusdem imperator: Cap. 27. Ex illis, qui in Italia floruerunt Gothorum regibus, Theodatus philosophus Platonicus audit.*

(c) Kircknerus *Marpurgensis* circa initium superioris seculi, *historicus & orator* erat: idemque *Johannis Skytte nostratis*, in juventute præceptor; quem regenda rei publicæ regulis atque formulis GUSTAVI magni regis adolescentiam imbuisse, & inde, *Senecæ in motum, senatoria purpura*, itemque rei literariæ per omnem *Suetbiam* auspicio eminuisse, jatis notum est.

(d) *Dialogum nuperrime evulgatum mortuorum duorum;*

electoris Palatini, Caroli Philippi & cardinalis Gallie ministri Fleurii, confer.

§. XVII.

SEd, inquis, cum tanta apud gentes extra & intra ecclesiam fuerit dignatio *philosophi*, ejusque ordinis in republica literaria primariarum partium, per tot hominum ætates continuata possessio, quæ quæso! sapientiæ studium pervicit demum fortunæ malignitas, ejusque vindices & sectatores de ponte dejecit? Non negamus in scholis philosophorum, quemadmodum in aliis cœtibus, publicè atque privatim regnasse mores identidem reipublicæ fini & generi humano adversos: cumque *fundamenta veritatum* generi humano utilium, nondum prospere detegere possent, ex illa opinionum discrepantia, dissensiones & internecina odia crebro extitisse. Sed erat profundior alia causa, quæ *philosophos* urgere cœpit, & quæ hætenus in illorum gloriam cesserant res, easdem deinde pedem retro ferre jussit. Cum superstitiosis *gentilium* sacrificiis, eorumque absurdis de DEO & *natura rerum* opinionibus hætenus pugnandum erat *philosophis*. Ad præcavendum, ne pestis illa mentis humanæ, **PRINCIPUM** aulas corripere, pectora mollia & tenera, antequam animi vigorem explicare, & quæ vera essent, a falsis discernere ipsa scirent, *vaccordia* infatuaret, non aliis magis quam *philosophis*, castissimorum morum atque studiorum magistris, *regum filii* in disciplinam dati fuere. Et quamdiu magisterium illi suum rite obirent, eorumque, puta *principum*, amicitiiis florentes essent, quid-

quidquid *sine ratione* pertentare suslineret larvata pietatis solertia, ad bonos eventus potentior fortuna vertit. Sed cum non alia, nisi quæ regalia *S. Petri* concernerent (a) dogmata in ecclesia & politia personare inciperent, non reges sibi jurisdictionem in sacerdotium, sed supremam inspectionem in se & suam familiam & denique in omnem rempublicam ordini isti permetterent, quæ, quæso! fieri aliter potuit, quam ut turbine eodem, quo de sub fastigio effecti fuere *rerum domini*, eodem turbata & labefactata quoque concideret vetus res literaria. Illi postquam satellites se præberent libidini pontificum, equisonum officio fungi (b) & fustigationibus monachorum (c) se subicere non inglorium, sed pie recteque omnia fieri putarent, quibus religiosis hominibus potestas stabiliretur super orbis totius viros maximos & potentissimos, quis, cum philosophis non præclare actum existimabit, quamdiu ad conditionis vilitatem eandem nondum pervenere? Cum, qui artes intelligunt, prope nulli sunt, fortunam artificibus lenocinari nullam, naturale est.

Verum inurant innocentia, quidquid velint malevoli, ut non odio magis, quam veritati satisfactum credant rerum ignari. Licet a Luciano proscriptionem passi sint philosophi, satis acrem & amarulentam; (d) Sint qui a diabolo originem ducere (e) adeoque hæreticorum patriarchas esse convitentur; (f) Sint qui post investam Romæ sacram, eamque novam monarchiam, nil nisi servos symphoniacos religiosæ nequitiæ esse velint: (g) certum & indubitatum nihilo-

minus illud est & manebit, rebus Christianismi, si non
 primarium, certe egregium & validum robur abs
 philosophiæ diligenti tractatione accedere; & quis-
 quis rationis lumini, in quo exuscitando veretur
 quam maxime philosophia, dicam scribere sustinu-
 erit, eundem pietati utili portam aperire merces
 suas superstitione delibutas, iterum venales obtru-
 dendi. Dico: non societatis humanæ vinculum
 modo abrumpere: verum etiam ingratitude ver-
 sus tanti boni datorem committere ferocem, DE-
 UMque insigni impietate, secum ipsum committere.

(a) Spegels bewis til Sw. kyrkohist. pag. 95. adde
 Lunnigs epist. procerum III. p. 981.

(b) Hubners politische fr. I. p. 849. adde Gundlingiana
 sub exemplo FREDER III. imperat. (c) Matth. Paris.
 ad an. 1174. & ex illo Hübner politische frag. II. p.
 730. item. pag. anteced. 566.

(d) Luciani dialogo isto sub nom. notissimus.

(e) Acta eruditor. Lips: p. 99. adde Thomas. cautel.
 jurisprud. I. p. 91.

(f) cfr. Joecheri tractatus de philosophia haresium obice p.
 III. 2.

(g) Quamdiu in historia orbis celebrantur regum ad
 servilem patientiam saepe demisse opes (Tacit Agricol: cap.
 14.) earumque postliminio retrahendarum spes atque lon-
 ga presumptio: tam diu philosophos, sorte illa licet
 contentos ex qua cadere non possunt, tamen non desin-
 ros urgere sui nominis satis celebrem & vetustate præ-
 scriptionem, canonicorum sequioris ævi irregularium non
 nemo, non præter rem judicat.

* * * *

Clarissimo CANDIDATO.

Dn. JACOBO ESTLANDRO

Amico singulari.

Quam fuerit nomen semper prae grande Sopho-
rum,
Quo celebres numero sint habitae loco:
Contigerint quae fata omni sapientibus aeo,
Estlandri pulchre docta Minerva tradit.
Ad metam propera, Tibi praemia letus Apollo
Et dabit, & cinget fronde virente comam.
I nunc quo vocat, Estlander, Tua fervida virtus,
Ausibus adstabit fortibus ipse DEUS.

amica manu apposuit

GERH. PET. HÆLLBERGH
Ostrob.

Clarissime Dn. CANDIDATE
amice honoratissime-

Gravem adversariam illis omnibus constitutam esse, qui ex
infantili inscitia ad rerum quarumcumque cognitionem exiti
cupiunt, non illi magis, quos notabilis paupertas na-
scentes circumstat, quam qui recens nati mollissimo excidun-
tur sinu, modo supra lubricum aetatis evelti fuerint, conveniunt
& consentiunt universi. Quodnam verò durum magis sit atq;
diffici-

difficile, commoda, an verò incommoda maxima ad felicem e-
wentum vertere, disceptari à diversis diversimode soles. Idque
non præter rationem, cum non eadem utramque partem fa-
ta urgeant; eaque nulli non mortalium agnata labor sit, ut
quæ perpetiamur ipsi, illa magis crebro instare, magis
acriter affligere, ad unum omnes conqueri soleamus. Tuum
ego iudicium, Clariss. Dn. Candidate, si super re controversa
exquirerem, non dubito, quin sententiam dicturus sis pro iis,
qui nervo rerum gerendarum desituuntur, quod fortunæ obvi-
am ire illi magis aegre possint, quam quibus instrumenta ad
omnem usum reposita, ad manus sint. In tantum enim ab in-
tente aetate scævam atque sævam fortunam expertus es, ut,
si non conscius esses Tecum ipse, eandem versari non nisi in rebus
Tuo arbitrio, Tuæque potestati non subjectis; & denique
mentis bonæ usurpationem apud egentes plus sæpe inveniri, quam
penes opibus affluentes, à studio, quod ingressus es sapientiæ atque
virtutis, pedem multo ante relaturus fuisses. Senecæ effatum,
quo dicitur copia, non verò inopia rerum multis ad philoso-
phandum obitare, sa obdurandum contra pericula mentem Tuam,
ad sperandum magis quam desperandum exuscitavit; & demum
effecit, ut pietate duce, innocentia atque constantiâ à latere Ti-
bi subsidioque iunctis, eo perveneris, quo multi, quibus favere
visa sit natura, pertingere nequeunt. Gratulor vero ego Tibi,
in excolendo ingenio contentionem verè philosophicam, quâ
viam, quam ad perfectionem virtutis æquales Tui ingressuri
sunt, Tuo sub exemplo demonstrasti. Gratulor lauream, quâ Te
PALLAS inter strenuos Musarum cultores ceteros, propediem
decorabit: intimoque pectore preor, ut, cui Te consecrasti, ec-
clesia, fidelem in Te sacrarum suorum interpretem & dispen-
santorem inveniat!

Tui studiosissimus

NATHANAEL WARENBERG

S. F.